

The *Liber Pharetrae* Project

Liber 1: De personarum uarietate Caput 1: De Deo (19)

Idem (Augustinus), *de Civitate Dei*:

Patientia Dei ad poenitentiam inuitat malos, sicut flagellum Dei ad patientiam erudit bonos.

Quamuis enim quidam eorum ista cogitantes paenitendo ab impietate se corrigant, quidam uero, sicut apostolus dicit, *diuitias bonitatis et longanimitatis Dei contemnentes secundum duritiam cordis sui et cor inpaenitens thesaurizent sibi iram in die irae et reuelationis iusti iudicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera eius*: tamen patientia Dei ad poenitentiam inuitat malos, sicut flagellum Dei ad patientiam erudit bonos; itemque misericordia Dei fouendos amplectitur bonos, sicut seueritas Dei puniendos corripit malos.

Augustinus Hipponensis, *De ciuitate Dei*, 1.8 (CCSL 47, B. Dombart ed., p.7, ll.4-13).